

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Bibliothèque nationale de France

Heliodi Aſcrei Opera & dies:
quod in Georgicis imitatus est
Vergilius opus.



Venundator Parrhesis In vico sancti
Iacobi sub Leone Argenteo.



Ascensius Studioſe iuuentutē Salutē

¶ Relegi his diebus hesiodi ascrei atiq̄ sane poete ερα και η μερασ erga κε himeras.i.operā & dies (ergo ei dicit opus & officiū himera dies: quod quia p. scribitur primam producere debet) opus vt antiquū:ita pfecto scitum & multe etiā bonę eruditionis plenū. Nō enim minus diligenter animi q̄ agri excolendi precepta tradit. In priore enim libello seu priore operis parte (Seruus enim vnum censem esse librum) Iustitiā & gnauitatem cum ceteris virtutibus in persę fratris sui animū in serere: atq̄ iniuriā. segnitiē & cetera vitia īde euellere co natur. In posteriore vero sic agriculturam tradit vt subī de ad virtutum p̄cepta redeat. quę quia facillimo cōtex tu sūt nobis traducta: nolui longa cōmentatioue margines oppleare. Vale lector & opus plege. Ex officina nostra. xiiii. calendas Nouembres. MDIII.

Pio. ii. pont. Max. Nicolaus de Valle.

Si vacat ἡγεα rerum dignissime presul:

Grataq̄ sunt animo carmina nostra tuo:

Perlege quę quondam dulci modulatus auena

In latios ausus vertere gręca modos.

Ascrei inspiciens himeras kai erga poetę

Gręcia quo quondam floruit hesiodo.

Hęc fuerant fateor plectro meliore canenda:

Hic opus ingenii quippe senilis erat.

At quia nō nullos tam magna superbia yates

Eleuat: vt nulla gręca in honore putent.

Sum tamen hoc ausus his septem & quattuor annis

Dum mea labuntur lustra trahente dea

Sumpsimus & tenues gręcorum e fontibus haustus:

Mixtaq̄ cum gręca liugua latina fuit.

Quicquid id est ad te yatum clarissime yates

Mittimus: es clario non minor ipse deo,

Suscipe & hesiodum placido complectere yultu.

Hic quoq̄ iudicio stetq̄ cadatq̄ tuo.

B. 1. 2. Yb

Hesiodi Ascrei poetæ opera & dies Georgicō liber
Nicolai de Valle e grēco conuersio.



Ierides musæ quarū viget inclyta cantu
Fama ducū & vestri nomē imortale parētis
Dicite cur hominum pars hęc sine noie vitā
Ducat: & illius cur fama eterna per altum
Euoleat: hęc Iouis est magni diuina voluntas
Ille etenim altitonans summi regnator olympi
Excitat imbellis animos: & fortia corda
Debilitat: duce quo forruna inimica fuperbos
Deprimit: atq; humiles clarum super ethera tollit.
Tum mala mens hominis meliorem inclinat ad usum
Et capiunt molles crudelias pectora cultus:
Exaudi qui cuncta polo specularis ab alto:
Cui nihil ignotum est sanctissima dirige iura
Iusticie liceatq; mihi fraterna monere
Pectora: & ignotos viuendi ostendere mores.
Sunt gemine in terris quibus altercantur in vnu
Mortales cause: varia quoq; mente trahuntur:
Vna quidem studium laudabile sedula curat:
Altera crudelis rerum depascitur haustu:
Bella cupit: pugnęq; exercet iniqua tumultus
Inuisum atq; atrocis pestis genus hanc tamen ipsi
Mortales fugiunt tandemq; volentibus hanc diis

Pierides
mu. A pie
rio antro
vbi geni=
te dicunt
Hoim di
uilio.

Fraterna
perse fra-
tris.
Exercitia
hominū.

Hesiodi Ascrei

Exoptant. huius nequeunt cohibere furores.

Illam autem prius obscuræ genuere tenebræ.

Sed fato meliore. pater saturnius illam

Pa.sa.i.
Iuppiter

Et generi humano & terræ radicibus imis

Imposuit segnes artus & inertia corda

Excitat: alter enim segnis cui vita manebat

Alterius spectans cumulos: mora nulla bouesq;

Iungit: & impresso terram diuertit aratro.

Siue domum curat siue inserit alter ad artes.

Vicinum vicinus agit: laudabilis hec est

Pugnandi ratio: fugienda sed altera: sub qua

Inuidet aut figulus figulo vel egenus egeno:

Siue faber fabro: dulcisq; poeta poetæ.

Heç mea dicta precor toto capte pedtore perse.

Nec te crebra foro speculantem iurgia vulgi

Auocet a studiis pugnandi inimica voluntas.

Fos: iudi
cale.

Nemo forum sequitur: quem non fauet annua messis

Et bene clausa domi cereris gratissima dona.

Heç querenda prius. de hinc si vacat i pete vulgus

Et fora: in alterius rebus certamina pone.

At non illud ages iterum germane quod olim

Ausus es infelix: litem hanc data iura resoluent.

Scis quondam inter nos patria est partita facultas.

At tu nil iusta multum plus parte vereris

Tecum efferre rapax. corruptus munere iudex
 Ille tuo est: sub quo tota hæc sententia pendet.
 Ignarus. non nouit enim q̄ dulcius aut q̄
 Sit melius toto medium: seu viuere malua
 Utileius: quantum vili seu viuere porro.
Hos veterum vicitus occultauere superni:
 Inq̄ polo retinent cælestes: tempore quorum
 Sat fuit vna dies tenui exercenda labore:
Vna quiescenti tibi dehinc alimenta parabat
 Annua: tunc poteras temoris robora fumo
 Exploranda dare: & nulli iuga curua premebant
 Terga boum: nullum muli sensere laborem:
Hos voluit faciles viuendi abscondere mores
 Ira Iouis: quo m̄ se deceptum fraude promethi
 Sensit: & illius causa mortalibus auxit.
 Curarum moles surreptumq̄ abdidit ignem.
 Reddidit hunc iterum terris curuaq̄ latentem
 Surripuit ferula cauto puer ille tonanti
Iapetionides: iacto qui fulmine gaudet.
 Lusit fraudes sua: subitam tamen arsit in iram.
Hæc puer effatus nubis colector aquosæ:
 Iapetionidæ cuius prudentia cunctos
 Consilio excellet magnum spreuisse tenantem.
 Arte tua gaudeſq; dato moralibus igne

q.i.qto
 Dimidiū
 Meli⁹ to-
 to
 Malua
 herba

Temo est
 currus cō-
 nectiuia
 hasta

Prome-
 the⁹ ignē
 iouis fura-
 tus est
 Iapet⁹ pa-
 ter pme-
 thei. flac-
 .i. car. au-
 dax iape-
 ti genus

Hesiodi Ascrei

Heu nociture tibi generi nociture futuro.

Tale malum genus exutiam quo pedore toto
Exultent homines cupidi sua damna ministrent;
Subrisit fatus diuum pater atque hominum rex
Vulcanum aspiciens; atque illatalia mandat.
Vade celer speciem e terra mixtoque liquore
Confice mortalem cui vocem & robora iunge.

Pandora Sitque ea virginea coelestis imago puellæ
Quam sibi quisque velit dea quam doctissima pallas
Instruat: & varias percurrere peccine telas:
Adiicit capiti facilem venus aurea formam.
Curet ut assidua stimulata cupidine corpus.
Fallacemque addat mentem & fallacia verba

Cylle. id Interpres superum vicit cyllenius argi.
ē mercuriū us. Dixerat: imperio iouis annuit æqua voluntas
Cœlicolum: extemplo fingis vulcane puellam
Virginis ora deę similem: quam glauca minerua
Cinxit: & ex omni fulgentem parte poliuit.

cha. i. gra
tie. Huic etiam charites: etiam celeberrima pitho
Pitho. Aurea candeti posuere monilia collo
deao- ceani & Effusaque comas ori de flore coronam
tethyos fi lia. Vernali tribuere deę. tamen attica pallas
Illam præcipuo forme decorauit honore.
Et superum interpres vicit cyllenius argi

Fallacem attribuit mentem & fallacia verba:
 Sic pater altitonans diuino iusserat ore.
 Quando quidem dederat sua munera quisq; deorū
 Mercurius merito pandoram nomine dixit
 Exitiale malum mortalibus & fera pestis,
 Postq; autem tantos confecit iuppiter astus
 Mercurium ad magnum iubet ire epimethea: dono
 Cui ferat hanc. qui nil veritus precepta promethi
 Scilicet a magno caperet ne inuitus olympos:
 Cepit. & accepto nouit sua damna epimetheus.
 Nam prius humano generi secura manebant
 Tempora: nulla mali species aut cura laboris
 Morborumq; genus: tristem qui funeris atrum
 Corripiere viam: quibus omnis frangitur artas
 Viuere dulce fuit quodam: sed tegmen ab urna
 Dum pandora leuat totum exiliere per orbem
 Curarum infestę effigies spes sola remansit
 Intus: & e labris ima sub parte resedit.
 Obstitit impositum: nam tegmen abire volenti:
 Sic qui fulmen agit nubis collector aquosq;
 Iusserat: innumeręq; etiam mortale vagantur
 Per genus infandę species: quibus equor & omnis
 Terra infecta tumet: morbi noctesq; diesq;
 Sponte sua sine voce ruunt. nāq; ab iove summo

pādora. i
oim do-
num.

Epitheus
frater p=methei ē
post rē vī
dēs sicut
pme. pui
dēs
Ne inuit⁹
credo le= gēdū ite
rogatiue

sic q ful. i;
iuppiter

Hesiodi Ascrei

Ablata est illis quæcumq; potentia fandi.

Sic impune parens offenditur ille deorum.

Si vacat o frater si non audire recusas

Ordine plura canam: genus immortale creatum

Aurea sc
cula. Ac mortale simul credendum est aurea primū

Secula dii superi totum sparsere per orbem:

Tempore quo cœli imperium saturnus habebat:

Tunc homines diuum viuebant more. neq; illos

Anxia curarum moles operumq; labores

Lassabant. aberat tristī cum mente senectus.

Semper & in valido regnabant corpore vires:

Nulla malilabes: conuicia leta placebant.

Mors similis somno fuit: atq; uberrima tellus

Omnia liberius nullo cogente ferebat.

In cōmune bonum. nec quisq; inuidit habenti.

Qd; fœlix ætas erat omnibus vna voluntas.

Et taciti letos soluebant pectora in usus.

Aurea postq; hominum paulatim de fuit ætas:

Hispater altitonans mēritos adiunxit honores:

Sub terris habitare dedit. qui numina faci:

Et genus humanum sancte quoq; iura tueruntur.

Iustitiæ tenebris circūfusiq; peragrant.

Argentea Terrarum fines & opes mortalibus augent:
Secula.

Proxima successit terris argentea proles

Auro deterior sensuq; & moribus impar.

Tunc sibi quisq; suę fecere sub vbera matris:

Otia mortales. paulatim adoleuit in annos:

Ingenii rude principium quo decolor ætas

In propriis etiam laribus rude pectus agebat.

Aucta tamen postq; ad summos peruererat annos

Viuendi brevius spaciū fuit: anxius ardor

Curarum incumbens aderat: quas improba mentis

Gaudia fecerunt. alterna iniuria nunq;

Destitit. & nulla in superos reuerentia: nullos

Sacrorum ritus ætas argentea vidit.

Hanc deus extinxit meritam flagitatus in iram.

Postq; hominum occuluit argentea secula tellus

Non tamen illorum sine nomine vita recessit.

Sub terrisq; deisedes coluerē secundas.

Tertia post illam successit aenea proles

At nihil argento similis. dryadumq; creata

Sanguine dura quidem. robustaque pectora tendens

Tota ferī misero martis feruebat amore.

Nulla quies illi: nullum ius: durior ætas

Ipsò adamante fuit vultu metuenda superbis:

Cui nunq; inuidū robur: fortescque lacerti

Defuerant humeris: tunc ærea tela: domusq;

Omnis in ære labor: non ferri emergetat usus.

Argentea
secula

Aenea
ætas.
Dryades
quercuū
nymphæ

Hesiodi Ascrei

Ditis
mala syl =
labā dic
dei. aut io
uis:

Aetas
Heroum
quarta
Heroum
extinctio

Cadm⁹ fi
lius agez
noris.

vlciscitur
vidicatur
tyn.i. he
lena

Elysii

Ferrea ē
tas quita

Hæc autem proprio proles consumpta furore
Ad gelidi loca nigra iouis sine honore recessit.
Et q̄q extiterit inuicto robore: ab atra
Morte tamen victa est: solis lumenq̄ reliquit.

Postq̄ autem occulta est: atq̄ ænea corruit ætas
Quarta fuit soboles melior: cui plurima toto
Iusticiæ hærebant animo præcepta verendæ
Diuinum genus heroum primūq̄ vocari
Semidei immensos illi potuere per orbes
Hos insanus amor martis: bellicq̄ nephandi
Ardor. agenoridæ septem prope mœnia cadmi
Aedipodæ imperii causa consumpsit: & alti
Hos maris vndisoni fluctus: quom pergama classes
Argolicæ peterent. vbi pallida mortis imago
Desuper incubuit: dum iusto vlciscitur ense
Tyndaris. hos etiam toto diuisit ab orbe
Iuppiter: & vitæ meliorem tradidit vsum.
Elysiosq̄ dedit colles habitare profundī
Littus ad oceani. fœlix & sancta propago
Hic vbi vernat humus: vbi dulcia poma quotannis
Ter gremio effundit nutrix vberima tellus.
O vtinam non me quinta cum stirpe creassent
Fata: sed ante mori: seu post licuisset oriri
Ferrea nunc etas: quā curæ & mille labores

Nocte dieq; premunt. paulatimq; illius instant
 Exitio sic dñis placidum. sed prospera tanto
 Fata etiam venient aliquando in turbine rerum:
 Nec minus hęc infanda hominum delebitur ętas.

Cum matura annis illorum tempora cani

Inficent crines: natīs nec vt ante parentes:

Nec patribus natī similes: nec ab hospite tutus

Hospes erit: sanctum corrumpent fœdus amici.

Et furet arma ciens inter discordia fratres.

Vixet honoris inops hominum properata senectus:

Nec pudor effractoſ ſenio obiurgare parentes.

Infelix ſoboles legem & precepta deorum

Nescit: & inualido non hęc alimēta parenti

Iulta ſuo reddet. quid enim q; iniqua rapaces

Apparet vſq; manus: vrbesq; & moenia narrem

Altera delata manu iurataq; fallent

Numina: iusticie nulli tribuentur honores.

Pulsa gemet bonitas. illum venerabitur orbis

Cui mala mens suadet fera crīmina: tota iacebit

Tota quidem orbato tecum reuerentia vultu.

Odea iusticie ſoboles en improba lædet

Siprobus vllus erit: quem contra insurget iniqua

Voceturens factum affirmans altrixq; malorum

Inuidia incedet fatali turbida vultu.

Metamor. i.

Apparet disponat

Iusticia

Hesiodi Ascrei

Astrea
Pudicitia

Protinus humanas sedes astręa relinquet:
Diu suos pariter tendet reverentia cursus
Ad superos nitido velate corpus amictu.
Mille recedentes illæ mortalibus ęgris
Non cessanda tamen rerum mala semina linquent.
At nunc te moneam q̄q sapis omnia iudex
His intende animum. sed quid iuuat ista monere?
Stultus maiori quicq; resistere tentat
Vincitur: & magno pœnas subit inde pudore.

astur avis
rapax

Sic ego sum tanq volucris quā prenderit astur:
Prensaq; sublimes agitur philomela per auras.
Hæc dolet infelix vngui transfixa recurvo.
Quam contra horribili raptor sic intonat ore.
Quid misera exclamas: te multo fortior astur
Te premit. huc adsis: quo te meus egerit ardor.
Et q̄q bene suaue canas: mihi cœna futura es
Si iubet: aut dimissa iterum remeabis in auras
Sic fatus: tacuit pennatus & in piger astur:
Tu modo iusticiam cole: nulla iniuria perse:

Fatale. s.
supplicium

Tecum habitet: fatale gerit secum illa: nec illam
Vllus amat nisi mens cui vilis. & improba surgit:
Vir bonus hanc inferret simet: quid si intulit: acti
Poenitet: & magno contrastat corda dolore
Est via iusticiae melior qua vincitur omnis

Omnis ad extremum veniens iniurias ardor:

Peierat. i.
giuriū cō
mittit

Quid dicam: q̄ nunq̄ aliquid dementia noscit

Nimodo passa prius: sic qui male iura ministrat

Peierat: & tandem dementi panditur error.

Eripe iusticiam: corruptus munere iudex

Ius violat: dolet hæc. & nulli visa per orbem

Tristis it. & lachrymans poenam mortalibus otat

Qui violent iura: & recti sacra foedera rumpunt.

Iusticis
bona

Verum ubi iusticie sancti seruantur honores

Iudicioq̄ pares & ciuis & aduena pendent:

Vrbs viget: augetur soboles: pax lata vagatur

Pax iuuenum nutrix. nunq̄ his fatalia bella

Preparat altitonans. nullis in rebus egestas

Imminet. in quęq̄ nulla est offensio: dulci

Quos iuuat interdum genio alleuiare labores

Terra quibus large fundit sua semina: & altę

Montibus innatę mittunt sua munera quercus

Glandiferę in summo: media tamen arb ore mussant

Vndiq̄ apum ingentes acies: vestęq̄ ministrant

Lanigerę pecudes. perse magis omnia florent.

Mussant
susurrant
in cauato
robore

Non his externas merces vehit ardua puppis.

Omnia dat tellus: quid. enim q̄ iuncta marito

Et patribus similes emittit foemina partus.

Non datur hoc quibus illa placet violentia iuris.

Hesiodi Ascēi

Hos ad supplicium vocat alti cura tonantis.

Sēpe subit pœnas plebs tota miserima tantum

Vnius ob noxam. pestis furit atta per urbem:

Et male suada fames: paulatim deficit omne

Vulgus: & hic vacuos ostendunt tecta penates.

erga sup:
illlos.

Fœmina nulla parit. sic sequit Iuppiter: erga

Quos male facta iuuant quisi modo forte cœnatum

Militiæ exercent studium mora nulla; sinistri

Marte cadunt: vel si potius iuuat ire per altum:

Fluctibus in mediis summergebitur obruta puppis.

Vos igitur qui iura datis couertite mentem

Ad tales hominum pœnas: diuina potestas

Mortales cœnuolitans videt improba: quorum

Iudicia emergunt multorum in damna deumq.

Ignorant monitus genus hi mortale pererrant:

Innumeræ tenebris cœcusq; tuentur.

Iustitiae sacra iura domant genus omnem malorum.

Altra.

Illa quidem virgo est supero Ioue nata parente

Nomine clara suo: cœtuq; verenda deorum:

Quam si quis violet lachrymans sua fata parentis

It Iouis ante pedes: & lamentabile fundens

Humanos queritur mores: ac debita poscit

Supplicia in populos: tu iudex causa malorum

Qui violassacra iura deę: iam dirige mentem:

Ius cole, in alterius te nulla pecunia veritat

Damna: nocet sibi qui cuiq̄ nocet: & male suadet — Nota

Ille sibi, in quēq̄ si quis male iura ministrat.

Cūcta videt pater omnipotens. & quod mihi tecū est

O iadex modo si iubeat speculator ab alto

Nillatet hunc, authoC quales tribuantur honores

Iusticię in populo, quam non ego pectore toto

Nec mea progenies coleret, postq̄ orbe sub isto

Spreta iacet boniras & ius iniuria vincit:

Inuitio ioue n̄ fierent, hec accipe frater:

Hec animo meditare: iniustum pone furorem:

Ius quoq̄ frater ama: sine quo genus omne ferarum

Credimus alterno certatim corpore pasci.

At nos instituit vite melioris origo.

Iura dedit pater omnipotens, ea pectore toto

Si quis habet: decus æternum pia premia reddet

Iuppiter affligit si quis pro teste vocatus.

Pierat: ac merito pensatur culpa nocentis

Supplicio: offendens ius ille offenditur vna:

Ex quo obscura quidem nulli quoq̄ cognita surget

Posteritas: iusto de sanguine nata propago:

Clara caput tollet patrio seruata decore.

Hec quoq̄ que referam stultissime concipe frater:

Q̄ facile innumerās vitiorum amplectimur artes.

Hesiodi Ascrei

Haud pcul illa habitat breuis est via qua sit eundum

Via virtutis Est via virtutis contraria: sudor anhelus

Hanc sequitur: quæ se scopulosis ardua clivis

In longum prorumpit iter: riget aspera primo

Ingressu: leuis est postq; alta cacumina tanges.

Optimus hic se se qui nouit cuncta magistro

Prospiciens rerum fines maliora sequutus:

Parere i. obediētē Dignum laude virum parentem rectamоненти

Credimus: ille tamen sibi qui non consulit: aut qui

Alterius præcepta fugit: vir inutilis extat.

Ergo age frater ades generoso e sanguine perse,

Neu fuge fratnos monitus. operare laborem:

Alma ceres ornata caput sua dona ministret:

Sic tibi plena domus: segnem crudelis egestas.

Opprimit: hunc homines odio superiq; sequuntur

Torpenti similem fuko: cui spicula surgunt

Horrida distensumq; fauis consumit edendo

Semen apum. piger ipse sedet: vitatq; laborem.

Tu modo curam operi quantum potes adiice frater.

Horrea sic rumpit messes: sic copia terum

Sic pecus augetur: sic tu mortalibus & diis

Gtatus eris. segnes animos & inertia corda

Oderunt. operi laus est imponere curam.

Segnis

Tutpe sed hinc prohibere manus, incumbe labori:

Forsitan ad studium torpentia pectora vertes:

Dum partas ostendis opes: virtutis adeptus

Nomen & eternum laudis decus vtere quæso

Arte, para victum, violare aliena nephandum est.

Fac superis & quandus eas, incumbe labore:

Nec pudeat, pudor hic multos in honestus egentes

Secum habet, auget opes fiducia: qua melior res

A superis non it: proh rerum insana cupido

Proh animis infusa lues, iam nulla pudoris

Cura: facet passim longe post terga relictus:

Tu coleris duce te paulatim corruit ille

Diis inuisus homo: cui mens intenta rapinis

Inuigilat: neq; n. semper fœlicia durant:

Nec minus omnipotens poenis affigit eisdem

Qui seruum offendit, vel qui sanctissima frangit

Fœdera amicitie, seu qui cum coniuge fratri

Non pauet infandos coitus fraternus adulter.

Vel qui in pupillos audet vim ferre nephandom:

Vel qui in longeua confectum ætate parentem

Horribili voce insurgit, vixq; abstinet illi

Verbera: non impune tamen stat poena nocenti.

Post obitum, depone igitur tam falsa superbæ

Mentis consilia: & melioribus vtere quæso.

Fiduciae
laus.
It.i, venit

Relict^o. s.
pudor.

Criminū
generat

Hesiodi Ascrei

Thure pio venerare deos: iis tempore in omni
sacrificiū suadet.
Et mundo & pure liba cū clara nitescet
Sole dies: aut cum nox circūfusa tenebris
Abscondit terras casto torrenda sub igne
Hostia mactetur: hymnos cane: thura ministra.
Ut tibi dii faueant immensaq; copia rerum
Hinc tibi nascatur. multis ut egentibus ipse
Subuenias: non ut viuas germane rapina.
Conuiuas inter si vis discubere amicus.
Non hostis veniat primum vicinia. nam si
Aduersi quicq; acciderit de more repente
Primum illa occurret: quæ si sine vestibus esset
Nuda etiam veniet. quod nec tibi sanguine iunctus
Non aget: iste tibi vestes atq; omnia ponet.
Improba damnosa est vicinia. sed proba si sit:
Vtilis. hec igitur cupienda est pectore toto
Tanq; laudis opus. neq; enim lamenta refundes:
Amisisse bouem. proba si vicinia tecum est:
Acceptum metire & eodem pondere redde
Vicino tibi ut hic iterum succurrat egenti.
Res male parta mala est danosaq; semper ab illa.
Ergo caue. nec te vincent in amore sodales.
Illum adeas qui te: fac mutua munera reddas:
Sponte datum capias scelus est letale rapina:
Quicunq; & si magnum aliquid largitur amico:

Lētatur. quicq̄ iacit de fronte pudorem.

Et rapit alterius q̄q̄ infima turbat amici;

Visceracq̄ & mentem cui vis illata rapinę.

Adde parum paruo: paruo superadde pusillum

Fiet & hoc magnum. in foelix pelletur egestas:

Si modo rem cumules. hominem non lēdit habere.

Cuncta domi: nocet esse foris. q̄ dulce bonumq̄

Presens accipere: atq̄ absente carere molestū est:

Tunc bene potandum cum plena effundit ab alto

Vina cadus: tunc parcus eris cum parte lyeus

Defluit e media. sed cum declinat ad imum

Spumantes iterum cyatos et pocula sume.

Quicquid polliceari homini seruetur amico:

Si quicq̄ cum fratre tibi est testem adiice rebus

Subridens. nocuit non credere: credere semper.

Ne ve tuam alliciat meretrix caue fœmina mentem.

Rem totam vorat illa nimis dum blanda videtur.

Heu q̄ damnosum est mulieri fidere cuiq̄

Rem patris acceptam melius fouet vnicus heres.

Auger & hanc: at tu plures in morte relinque

Ex te ortos. nam plura pater saturnius illis

Attribuet. sed te si cecus tangit habendi

Ardor adhuc: fragilisq̄ placet tibi gloria rerum

Hęc age quę moneā: & varios operare labores.

Plenavia
hoc ē ca
d⁹ plen⁹

Nec sēp
nec nunq̄
credēdū.

Hesiodi Ascrei

Hesiodi liber secundus de agricultura.

Argicolā
di tēpus
& ratio



Vm cōelo emergūt sublimi ab atlātide notę
Pleiades: truncanda ceres. morientibus illis
Mitte ī aratra boues latitare ea sydera dicūt
Viginti totidemq; dies. annoq; voluto
Apparent iterum maturam īcidere messem:
Rursus & incipiunt dentata falce coloni.
Hanc legē agricolę atq; habitantes littora seruat.
Aut qui pingue solum: vallosaq; tecta tenerent
Nudus ara: nudusq; sere: & mete corpore nudo
Si tempestuos agrorum ducere cultus
Augeriq; illos magnis successibus optas
Ne ve aliena roges interdum pauper egenus.
Q; si ad nos supplex iterum fortasse redibis:
Non iterum dabitur iuuet exercere labores
Improbe: quos inter mortales diua potestas
Sortita est ne tristis inops cum coniuge moesta
Aut cum natorum misera comit ante caterua
Victum a vicino rogites. dare negliget iste
Bis vel ter fortasse dabit. dehinc si petis vltra
Proficies nihil: at tu plurima verba refundes.
Orabisq; iterum frustra tamen. artibus vt te
Iam pridem admonui inuigila: atq; incumbelabof
Dira fames procul hinc abeat: tua debita solue.

Imprimistibī conde domum pretioqz ministram
Dehinc eme quam possis custodem adiungere bobus
Pone domi quantum toto tibi sufficit anno.
In rebus spes est alienis irrita: nam si
Hic dare forte neget. tu semper pauper egebis.
Tempora labuntur operum quoqz deficit usus.
Ad cras rem differte nocet: nunqz horrea nunqz
Implet iners aut qui tempus producit. habenda est
Cura operi. turgescit opus: mala mille molestant
Affliguntqz hominem cui segne & inutile corpus
Cum bene se posuit rapidi vis ignea phœbi.
At pater omnipotens fœcundis imbris aether
Desilit in terras. & languida membra resumunt
Iampridem amissas æstiuo in tempore vires.
Nam breue sol hominum supra caput astas ab alto
Ac de nocte magis currus exercet egendo.
Tunc operum multo ante memor discinde securi
Siluam incorruptam. tunc germina desinit arbos
Fundere: datqz suas volitare per aera frondes.
In tres tende pedes mortaria contineat tres
Pestillus cubitos. pedibus quoqz confice septem
Temonem: qui si fuerit protentus in octo
Hinc tibi malleolus crebros formetur in ictus:
Palmarumqz trium rota sit: variisqz repone

Hesiodi Ascrei

Ligna efficta modis validamq; in montibus altis
Quare vel effuso campi super equore pinum
Aestiuam compone manum qua firmet arator
Temoni cuneis dentalicq; alliget imo
Torqueat & fortis illa durante iuuencos.
Binaq; præterea tecdis seruentur aratra.
Sic melius: nam si casu discinditur vnum
Restat adhuc aliud validos agitare iuuencos.
Temonem ex vmo viridi seu confice lauro.
Stiua sit ex pino: dura dentalia quercu.
Duc in aratra bouem: nono qui viuat in anno.
Apta etas operi matura est: franget aratum
Bos iuuenis ministans iuuenili prælia cornu:
Et rixam exacuens opera imperfecta relinquet.
Quere quater decies annorum etate bubulum
Quadrifidus panis & ofellas caſlus in octo
Sit cibus huic. recto sulcabit vomere terram
Si maturus erit studium intermittet arandi
Junior: aspiciensq; pares ætate colonos
Ibit ad hos ludosq; ciet lasciuq; iuuentus.
Ergo non melior iuuenis. necq; semina versæ
Spargere humi: quantum terre mensura requirit.
Contemplare etiam quom gruse nubibus altis
Assiduos agitat clangores nunciat hymbrei

Venturamq; hyemem tempusq; indicit arandi.

Angit & illius mentem cui nulla boum spes.

Tunc redeant fessi plena ad præsepia tauri.

Tunc proprios operare boues & plaustra: sed inquis

Non habeo. dabit hic. facile est petere atq; negare.

Mentis inops alius quid enim componere currū

Tunc volet ignarus non nouit quantus in illo

Sit labor. & centum compagibus insita ligna

Quę debent multo ante domi prouisa reponi.

Præterea cum tempus adest rescindere campum

Fortius insistas operi exercere ministros.

Nam vertenda duplex tibi sicca atq; humida tellus.

Vere nouo veniant celeres ad aratra iuuenci

Fertilis ut grauida culmus procumbat aristā.

Neū te decipiāt cum semina colligit æstas.

Sit noua cui studeas tellus inarata quotannis.

Terra recens large natis alimenta parabit

Plutonem imprimis venerare. atq; annua sacræ

Vota refer cereri: quom stiuę innixus agendo

Incipis exercere boues stimulosq; fatigas

Sic immensa tibi surgent cerealia dona.

Semina quom terræ cōmittis pone sequatur

Seruulus. atq; auibus rastro sata leta recondat.

Optima crede iuuat rerum prudentia cunctos.

Poē.i.
iuxta.

Hesiodi Ascrei

Leditur aduerso qui negligit omnia fato.
Si sit pingue solum grauidę inclinantur aristę
Fœlicesq; operum successus ab Iove summo.
Hinc capies necq; sub tectis extendat arachne
Fila sed immense replebunt horrea mesSES:
Tunc gaude & cani florentia tempora veris
Lat⁹ agas: quom te incassum crudelis egestas
Aspicit: & parto turget domus atq; aliena
Re tibi non opus est tua pluribus adiumentum:
Fit sterilis tellus medio versata sub eſtu:
Hincq; solo residens imas falcabis aristas:
Auerſos religans culmos: tenuisq; sequetur
Spes vitæ pauci te mirabuntur ab agris:
Parua sub exiguo referentem farra canistro.
Difficile interdum mutabile noscere tempus.
Mobilis & varia est alii natura tonantis.
Ac si tardus aras tard⁹ tibi solus aranti
Afferat auxilium: si largis hymbris ethere
Tris noctes totidec⁹ dies non cessat ab alto:
Coccys
auis luctuosa.

Donec replerit validi vestigia tauri
Tempore quo querna residens super arbore coccys
Exululat: gaudentq; hominum mortalia corda.
Vere sub aprico sit tardus forsitan eques:
Qui tempestiuo diuertit vomere terram

His inten de animum: nec florida tempora veris

Te lateant: glacialis hyems tibi cognita surgat:

In qua incumbendum est: nec te vlla taberna moretur:

Aut narrata loco sub aprico fabula tardet: 3

Dum frigent: alii vir rei tamen impiger auget:

Surge igitur nec te paupertas opprimat illo

Tempore: dira fames tenues facit esse lacertos:

Elatosq; pedes & crura tumentia multo

Sanguine segnis inops & spe suspensus inani.

Inclinat mentem sceleri & meditatur iniquos

Vnde paret victus: hominem spes nutrit egentem:

Irrita cui nihil est: & tota luce vagatur.

Dum media elapsa est astas: properate ministri.

Condite dic casulas: nam semper non erit astas.

Aiano mensem dictum caue: nubibus ille:

Latales bobus glacies & frigora ducit.

Thracius insurgit boreas. & turbine facto

Disturbat maria ac campos: siluamq; sonantem:

Alticomas quercus: annosacq; robora pinus

Diruit ex alto & valles iaculatur ad imas:

Siluarum auditur fragor vndiq; sed fera duros

Arrigit ipsa pilos caudamq; in cruribus angit.

Quin etiam quibus est villis densissima pellis

Perforat ille quidem satoaq; pectora transit.

Dū frigēt
.i. torpēt
& pigreſ-
cūt frigo-
re.

Hesiodi Alcrei

Nec se defendunt dura sub veste suuenc.
Et miseræ algescunt hyrsuto crine capellæ.
Vincit ouis boream instantem fultoq; repellit
Tegmine lanarum: sed non oblitatur illis:
A sensibus curuo facit hos incedere collo.
Non tamen ad teneram penetrat boreale puellæ
Frigus. at illa domi cui nondum nota libido
Matri apud care gremium sedet: atq; hyemales
Non sentit glacies: & tota nocte quiescit.
Atq; oleo teneros interdum perluit artus
Tum polypo durum est gelidis habitate sub vndis:
Nec videt unde sibi venetur in æquore pœdam.
Alleuietq; famem proprios tum deniq; in artus.
Vertit atrox rabiem immensam: sic hymbrisbus atris
Turbatur mare. sic atra caligine coelum.
Sol quoq; ad ethyopas radios & lumina fundit
Rarus apud graios fugiunt animalia curui
Moresenis. valles imas & dente trementi
Concaua saxa petunt. nemorū tenebrosaç; tecta
Tūc quoq; ne noceant hyemes tibi protegat artus
Mollis chlena tuos. cui tecta ex ordine recto
Pauca: sed aduerso ducantur plurima fila:
Sicq; ea cruretenus: vetat hęc per corpora setas
Surgere. & instanti prohibet durescere vento.

Tegmina s̄int pedibus taurorū e pelle cothurni
 Nec nocet hos inflare pilis vt frigora vīncas
 Hēdorum teneras neruo bouis insue pelles:
 Acdorsō suspende: tegant capira alta galera
 Ne madeant aures borea spirante cauendum est
 Frigoribus. tunc ros cōelo diffusus ab alto
 Educat & cererem sacros operūq; labores:
 Ille quidem vi vētorum e fluuialibus vndis
 Tollitur in sublimē: & matutinus in agros
 Desilit interdumq; expectat tempora noctis
 Interdum borea nubes agitante procellas
 Vertitur in venosam hyemē fuge pūidus illatn.
 Acceleretur opus: pere tecta obstantia ventis:
 Ne forte obscuro nebularum infusus amictu
 Immadeas largosq; hymbres pluat humida vellis
 Pascua tunc carpant q̄uis non pinguia tauri:
 Quippe leuis labor & longa sub nocte quiescunt:
 Nutrimentum ingens vobis vberim a mundo
 Agricole facilicq; dies transire labore.
 Hēc seruanda tibi donec nox equa diebus:
 Atq; iterum satio committit semina terre.
 At dum sexdecies sol arduus occidit vndis
 Hybernum post solstitium sacrosq; relinquens
 Oceanī fluctus sublimi arcturus olympos

Hesiodi Ascrei

Exoritur: primumq; cupit splendescere sydus.

Tunc vites incide: noui necq; nuncia veris

Antiquos iteras questus precedat hyrudo.

Dum tamen immensos effundit pleias æstus:

Profilientq; umbrosa petit plantaria limax

Tellure e sicca. tunc vinea nulla ligonet;

Sentiat: accelerentq; vincata falce ministri

Maturam in segetem. nec te pulcherrima tempe-

Detineant segniem: matutiniq; sopores:

Eia age rumpe moras: pelle ocia segnia pelle:

Dum vocat alma ceres. robustaque collige farra:

Pone domi quantum toto tibi sufficit anno

Mane operi assurgens: operis pars tertia mane

Conficitur. labor haud grauis est. de mane viator

Longu linquit iter. taurosq; exercet arator.

Scolym^o. Preterea sua dum scolymus florentia mittit
agrestis herba a Sole sub ardenti incipiunt trepidantibus aliis:
plinio quoq; sic dicta.

Germina: & in ramis dulces resonare cicadæ

Fit capra tunc mollis tunc sunt dulcissima vina:

Fœminaque vrenti veneris prurigine corpus

Appetit insanos coitus. lassantur ab æstu

Membra virum: tantuq; potest vis ignea solis:

Tunc licet ardores gelida releuare sub umbra

Fontis ad apricos latices semperq; fluentis

tēpe loca
thessaliq;
amœnif=
sima.

Murmur aquæ: faciles quam circum leniter auræ
Aspirant zephyris plerūq; agitantibus illas.

Hic hilares lætus cyathos & pocula sume
Biblina ter infusa magis quæ temperet vnda.

Hic tibi ab vberibus caprarum caseus adstet:
Quæ nulos pascant foetus: hic lactea liba:

Hic tibi siluestris ponatur caro iuuencæ:
Quæ nondum entxa est: hic mollior hedulus adsit:

Et iaceas saturus patula sub tegminis umbra.

Surge tamen cœlo dum fulget orionis astrum:

Tempus adest: cereri sacras terat area fruges
Ad ventos posita atq; ingenti æquata chylindro:

Nec nisi libratae ducantur ad horrea messes:

Postq; autem satis ad viatum tibi contulit æstas:

Continuo cui nulla domus sit quære ministrum.

Adde etiam ancillam quæ sit sine prole: molestum est

Ac graue seruitium illius quam cura remorder.

Natorum: blandire cani: panemq; ministra.

Peruigil ante fores sedet ille: domūq; tuetur.

Dente rapax: furicq; altis latratibus instat.

His propere exactis foenum paleasq; reconde:

Hemionos quantū satis ac nutrire iuuencos.

Inde laboranti requies præbenda colono

Tempus: & exhaustis pariter iuga demere tauris.

Biblina
papiracea
aut bybli
na a by-
blo oppi-
do phœ-
nicie
Ter infusa
& caro iu.
mēdosq;
syllabæ. si
cut orio-
nis cuius
pe. lon.

Hemio-
nos. i. ma-
los.

Hesiodi Ascrei

Dum tamen in media cœli statione refulget
Syrius: orionq; loco splendescit eodem:
Et rosea arcturi cernit pallantias astrum:
Tūc vuas tenero abscondens de corpore matrū:
Per bīs quinq; dies tepido sub sole iacentes
Pande: dies etiam mollescant quinq; sub umbra
Dehinc torque & capiant vegetes iocunda lygi
Munera. sed sydus cū deficit orionis
Pleiadesq; hyadesq; caduut meminisse iuuabit
Protinus impresso subuertere vomere terram:
Stat tempestiuo cūcta exercere labore.
Sí tamen infestū iuuat ire per equora: & alta
Puppe vehi: moneo ne quando ab atlantide natas
Orion sequitur: totoq; excludit olympos
Vt vides illas medio submergere ponto
Nauigio incubas: mare tūc tollentibus euris
Obscurum vndosos iaculaatur ad æthera fluctus.
Tunc igitur iaceant religatæ ad littora puppes
Saxorum obnixæ obicibus: ne forte ruentes
Discutiant venti: pateat parsima carinæ
Ne pluuiam excipiens putri marcescat ab hymbre
Instrumenta domi naualiaq; arma quiescant
Pensa: gubernaclicq; exploret robora fumus.
Interea cereris sacros operare labores:

Nec prorsus fugiendus ager; labatur in altum
 Aequor amica ratis dum non magis vnda tumescit:
 Nec refluunt vasti sublato gurgite montes
 Vadat onusta tamen censu redditura superbo.

Sic meus ille quidem genitor dum pauper egeret
 Errabat maria alta secans fluctusq; profundos.
 Ille olim solidam curuataq; littora linquens
 Appulit huc non spe lucri cōmotus auara.

Durum opus exercere inuisa vrgebat egestas.
 Ille vagus demum prope tempe heliconia sedem
 Ascream incoluit cœli in regione molesta
 Frigore nūc nimio nunc que intolerabilis æstu est.

Tempore quosq; suo iuuat exercere labores.
 Nauigium ante omnes cuius si te villa remordet
 Cura: placetq; altos sulcare per aquora fluctus
 Dum faciles spirant venti & furor ille quiueuit:
 Ne te inuisa fames alieno viuere parto
 Cogat: & inuitus multorum debitor extes:

Vade nec in Cymba sed te vehat ardua puppis
 Ingentes referant census ingentia mercis
 Pondera: præterea que sint aptissima nautis
 Tempora narrandum est: q̄q mihi parna per vndas
 Vita fuit: vixq; ex illa tantum aulide cursus

Censu ga
za aut
mercib⁹

Ascrea

Littus ad eubœum: sub quo omnis Græcia quondam Aulis
 c. iiiij

Hesiodi Asceti

Dum pelago desequit hyems conuenit in vnum:

Fatū.i.ex
cidium,

Et merito infandos fatum suratur in hostes.

Inde mihi placuit non longe ad chalcida cursus

Huc ubi magnanimū genus amphidamantis achīui

Constituūt populis certamina & inclita quondam

Munera defuncti ponunt in honore parentis.

Hic ego me dulcis referentem prēmia cantus

Auratos memini trīpodas: quos sponte dīcaui

Musarum ante aras. quibus antra heliconia curē

Ille ubi me prīnum dulcem docuere poesim:

Tantum igitur mihi res naualis cognita surgit:

Dīcam aliquid tamen: & variōs pandam ætheris vſus

Hec etiam nobis aspirauere camōne.

Aequora tuta legant instructo remige puppes:

Quom decies quīnq̄ est series exacta dierū

Aestiuūm post solsticium & iam deficit æstas.

Nam neq̄ tunc classes medio nec nauita ponto

Obruitur: ni forte velit Iouis alta potestas;

Aut deus ipsarumq̄ parens neptūnus aquarum:

Exitus omnis in his rerum manet exitus omnis.

zephyri i
vere spi-
rant.

At lenes sp̄irant zephyri tranquilla quiescunt

Aequora: tunc celerem ventis committe carinam.

Vadat onusta tamen redditum properare memento:

Q̄ prius ipsa nouos fundant vineta liquores.

Autumnicꝝ hymbres & hyems infausta procellis:

Aut nothus insurgat pluia rorantibus alis:

Incumbatꝝ mari totūꝝ euoluat ab imo.

Exercent etiam studium nauale sub ipso

Vere nouo: quom se tam latae arbor ab alto

Induit in frondes quantum vestigia cornix

Pandit humi depreſſa: ſilet tunc nabilis vnda:

Aſt ego nauigium graue tunc: ſemperꝝ moleſtū

Crediderim: hoc naturę homines leuitate nephanda

Subtraxere: agitant diuersa pericula fluctus.

Et tamen ire placet: q̄q mors dura ſub vndis

Divitie fiunt hominum: atꝝ iſtanuſ habendi

Ardor ad hæc animum germane intende parumper.

Concipe fraternalis monitus: maria alta ſecando

Fac tecum ne cuncta vehas: maiora referua.

Nec nimis eſt oneranda ratis. ſit ponderis equi

Quicquid in hac durum eſt aduerso occurrere fato

Fluctibus in mediis currus diſcinditur omnis.

Si grauius ſuper iſtati onus: ſeruare memento

Mensuram in rebus & idonea tempora ad uſus.

Quom prope ter decies tibi vita elabitur annos

Conubium maturum aderit: decimūꝝ puella

Exigat & quartum ſed quinto nubat: & illa

Virgo ſit: atꝝ habitet prope te: cui ſedulus ailes:

Nota
Coniugii
tempora



Hesiodi Ascrei

vxor bona

Fratern⁹
amor
Fœd⁹ te-
nendum.

Amico re-
conciliari
debet

Amandi
nec multi
nec nulli

Ira occul-
tanda
Maledice-
re turpe
Paupertas
tis laus

Taciturni-
tatis bona

Sedulus inspicias arteq; vsumq; puelle.
Hec age ludibrio ne te vicinia cantet:
Coniuge nil melius casta: nil turpius illa
Quæ venerem prurit sine fine & prostat ad omnes
Semper: & exitio superiminet illa virorum
Nemo etiam fratr̄is in amore æquetur amicus:
At parsí quis erit sit amandus tempore in omni
Nulla ex te inceptum fœdus discordia soluat.
Mentiri scelus est. præstat compescere lingua
Infandam si vim tibi quisq; inferret amicus
Aut ore aut manibus: surge & te vlciscere redde
Redde vicem duplicem. q; si illum poenitet acti
Ac poenam implorans iterum te exoptat amicum
Suscipe: vile quidem est homines noua querere semp
Fœdera amicitie. multos si frater amabis
Non laudo: nullos etiam: mediti sit in isto.
Si tibi corda tument: vultus non indicet iram:
Turpe sequi sceleratū hominem: maledicere cuiq;
Infandū est: q; iam vita laudatur honesta:
Nūq; a te nūq; misera obiurgetur egestas.
Diuinū donū est diuīnq; æterna volūtas.
Illa qdem quę s̄epe viri sublime molesta
Impedit ingeniuq; vetat super alta leuari.
Qui loquitur parce linguam nec in omnia soluit:

Thesaurū p̄t se gerit ille: ea ḡfatiā magna est
Vt lingua moderes pensataq; verba loquaris.
Si quēq; verbo l̄edes l̄ederis & ipse.

Coniuia
di ratio

Grata in amicorum venias coniuia sumptu
Cōmuni: dato particulam: gratissima sunt hæc:
Aere ioui vinū seu diūs de mane cauendū est
Illautalibare manu:tū vota precando
Incassum fundes nulli exaudita deorū.

Solis ad aspectū nec quēq; mingere fas est

Nocte sub obscura recto neq; corpore nudo

Nox quia sacra deis media nec credimus illud

Posse licere via: si declinetur ab illa

Esse etiam vetitū: diuus vir & omnia noscens

Hærens parietibus sedet atq; exponit yrinam

Intus: vbi orbate tenuis latet angulus aulæ.

Non coitu polluta sacros genitalia pandas

Ante ignes. neq; cū dulci tibi coniuge p̄estet

Concubīū vt generes dum mœsto a funere tristī

Mente redīs: superū sacra sed letus ab ara.

Credimus inussum superis semperq; molestū:

Qui natat assiduo labentia flumina cursu

Quin sit lota manus prius: & pia vota precesq;

Fuderit: ante ipsas supplex q; orauerit vndas.

Infandum ante aras vngues incidere: cum diūs

Supsticio
prisca

Hesiodi Ascrei

Sancta facis scelus est cyathos imponere vesti
In quo vina latent sacros operare lebetas.
Nil tibi cum in sacris etiam hinc lauisse nefandum est
Perfice tecta prius quam cornix garrula ab alto
Nunclet atram hyemem, ruit haec inimica procellis:
Fac sedeat bis sex quibus aetas exigit annos:
Aut totidem menses natorum cara propago
Sede sub instabilis iuuat hoc omnemque repellit
Segniciem: facit esse agiles & ad omnia promptos.
Fœdum ac turpe virum est thermis mulieribus uti:
Hoc prorsus fugiendū etiam stat talibus atrum
Supplicium: ante aras superū obiurgare nephādū est:
Sacra ministeria ac diuinos spernere cultus:
Nec licet in fluvio neque fontis mingere in ynda.
Est quoque turpe aliud vetitum: fuge pessima fama
Nomina fama malū facile in sublime leuatur.
Est graue sufferti nimium nimiumque molestum.
Difficile: ut taceat nūquam delabitur illa
Sedula quæ varias populū penetrauit ad aures
Est dea fama quædem sūt ipsi nūina fama
Sic tibi præterea series seruanda dierū:
A Ioue natæ omnes sunt a Ioue tempora nata.
Ultima mensis erit nullo exercenda labore.
At genio vtendum est: illa omnes festa per urbes

Dierum
ratio.

Ducitur: illa forum claudit: neq; iura resoluit.

Calenda
rum anti
quū.

Prima dies sacra est & quarta & septima: prima

Natus apollo die radiantia lumina fudit.

Luce de in quarta fœlix ducenda sit vxor.

Omine captato sunt omnia prospera rebus:

Et licet in curuam trabibus componere nauim:

At quintas fuge nāq; illarum pallidus orcus

Tum diræ eumenidum facies toto orbe vagantur:

Castigant si qua in terris peritura: falsum

Affirmant que lis alterne agitata creauit.

Sexta dies tristem ostendit mulieribus ortum

Læta viris: multiq; etiam nascuntur in illa:

Quis mala mens fallax animus fallacia verba:

Et qui concubia exercent archana per artem:

Hac ouium foetus licitum castrare vel hēdos:

Et licet in fixa pecudes circūdate mandra.

Scindimus octaua foeto genitalia tauro

Castramusq; sues. fœlix est ponere plantas

Nona viros gigni vel amica sorte puellas.

Luce viris decima faustos quoq; credimus ortus.

Venacq; post decimam fœlix incidere vites:

Et tempestiuam segeti supponere falcem:

Hoc curat bis sexta etiam fœlicior illa:

Stamina & ex alto tenuissima torquet arachne.

Mandra
spelūca.
cubile.

Arachne
i.iarane?

Hesiodi Ascrei

Ingentem accumulant formicę farris acerum.
Et iuuat arguto percurrere pectine telas:
Tunc quoq; siluestres lictum castrare iuuencos.
Tertia post decimam plantaribus optima surgit:
Spargere semen humi. pallet contraria semper.
Quartaq; post decimam mulierum prospera natu
Ac prensos domitare boues validosq; labori
Hemionos tanibus faciles adiungere cultus.
Ac lenire manu pecudiq; imponere mores:
Atq; aperire cados & dulcia fundere vita
Sextaq; post decimam plantaribus inuidia surgit
Opportuna viros nasci sed iniqua puellas:
Aut nasci aut thalamos petere autharet maritis.
Septima post decimam cereris terat hordea sacre:
Ingentemq; licet serro discindere siluam.
Ac varias aptare trabes quibus ardua testa
Moliri: ac structam possis agitare carinam.
Nonaq; post decimam fœlix est cum dea surgit
Lutea: sed medium cœli quom venit in orbem
Fit grauis: ex media ad finem letissima fulget.
Proxima lux sapientem hominem diuina creandi
Insigni viget officio: nec luce dolendum est
Post illata quartas sacra est ea leta trahantur
Gaudia. quinta dies post hanc iuga curua iuuēcis

Hemio-
nos mul-
& mula
dicitur

Dea. s. lu-
na:

Ponit & hemionos & colla exercet equorum
 Altae veliuolas deducit ad equora puppes:
 Quid pauci nouere & recto nomine dicunt.
 Sunt harum humano generi seruanda dierum
 Tempora: quippe illud magnis successibus augent.
 Sunt aliae ancipitesque raimen sine mente neque vlo
 Officio excellunt: hanc alter laudat & illam:
 At paucis natura illarum cognita surgit.
 Nam tunc ipsa dies totum complectitur orbem
 More pie matris saeque modo more nouercent.
 Nunc fulget nunc atra latet fœlixque beatus
 Ille quidem qui diis gratus cui cognita sunt haec
 Omniaque inspiciens rerum se exercet ad usus

FINIS

Dour Jehan Petit



